



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1787

VD18 90119649

§. 23. Diversæ ejusdem summi Pontificis Constitutiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

Sæc. XVIII. rii ab his privilegiis omnino exclusi sunt.
 A. C. 1741. Nempe illo adhuc ævo Regibus ac Principibus ex Catholicæ Religionis principiis persuasissimum erat, piis etiam institutis potissimum robur ab auctoritate Apostolica accedere, & sacros ejusmodi favores & gratias a nemine nisi a summo Pontifice, vel alio per ipsum speciatim deputato concedi posse.

§. XXIII.

Diversæ alicæ ejusdem summi Pontificis Constitutiones.

Haud remissiori studio Benedictus XIV. Papa ad ea, quæ ad Ecclesiæ decorem, subditi gregis quietem & justitiæ administrationem conferre poterat, Pastoralem curam suam extendit, huncque in finem pro occurrente temporum, rerumque ratione hoc anno saluberrimas condidit Constitutiones. Harum prima præter jam allegatas ex ad P. Paulum a Laurino S. Sepulchri Guardianum data; cum enim hic pluribus privilegiis jam dudum obtentis confisus Sacramentum Confirmationis conferret, graves autem inde difficultates, frequentesque oppositiones orirentur, summo Pontifici sequens proponebatur dubium: *Utrum Custos & Guardianus S. Sepulchri D. N. J. C. ex speciatim*

ciali Sacræ Sedis delegatione, & vigore Sæc. XVIII. A. C. 1741.
quorundam privilegiorum per Superiores
Ordinis FF. Minorum S. Francisci de
observantia exhibitorum necessarias facultates
habeat conferendi Sacramentum Confirma-
tionis? Igitur Pontifex ponderatis hujus
 rei meritis, ut in posterum hac de re
 dubitandi occasioneim tolleret, die nona
 Januarii præfato Custodi concessit, ut
 durante ejus Officio & pro locis Terræ
 sanctæ, ubi desunt ritus latini Episcopi
 in propria Diœcesi agentes, Sacramen-
 tum Confirmationis oleo & chrismate
 etiam antiquis, si nova haberi nequeunt,
 per Catholicum Antistitem consecratis,
 conferre queat. Sequentis autem Men-
 sis vigesima quinta Februarii die reno-
 vatis Prædecessorum Constitutionibus
 severe inhibuit, ne Clerici, etiam sub
 alieno laici nomine, negotiationes ex-
 erceant, secus omnia illorum bona sic
 alieno nomine acquisita spolio subjecta
 sint. Præcepit insuper Pontifex, ut ne-
 gotia a laicis incepta & ad Clericos five
 hæreditario jure vel alio quovis titulo
 delata confestim dimittantur, si vero
 sine Clerici detrimento temporali sta-
 tim dimitti nequeant, ab Ordinario loci
 ea ad aliquod tempus retinendi licentia
 gratis impertienda petatur. Pariter pro
 antiquo more Benedictus XIV. Bullam
 Cænæ Domini die trigesima Martii pro-
 mulgari jussit.

Die

Sæc. XVIII.

A.C. 1741.

Die autem prima Junii innovavit
 Constitutiones Gregorii XV. & Alexan-
 dri VII. P.P. necnon declarationes S.
 Officii contra Confessarios sollicitantes
 editas: obstringit igitur Confessarios, ut
 si noverint, suos pœnitentes vel in ipsa
 confessione, vel ante vel immediate post
 vel occasione & prætextu confessionis
 aut in confessionali simulata etiam dum
 taxat confessione ad inhonestas & turpes
 fuisse ab aliis Confessariis tentatos, hos
 pœnitentes moneant, ut sollicitanter
 Confessarium, si sæcularis est, apud eum
 Ordinarium, vel si regularis est, apud
 regularem ejus Superiorem denuntient,
 si autem denuntiare renuerint, eis ab-
 solutionem denegent. Si qui vero vel
 ex odio vel alia ex causa falso innovavit
 Sacerdotes sollicitationis insimularent,
 hos beneficio absolutionis soli summo
 Pontifici reservatæ extra mortis articu-
 lum privatos declarat. Altera autem
 hujus Constitutionis parte statuit, con-
 fessionem (secluso mortis articulo & in
 defectu alterius Confessarii) complicis
 circa peccatum mortale luxuriæ ex de-
 fectu jurisdictionis esse omnino nullam,
 & si quis complicem nihilominus absol-
 verit, excommunicationem majorem
 Pontifici reservatam incurri.

Insuper idem Pontifex Clericis sub
 pœna suspensionis, & Laicis sub pœna
 ex-

excommunicationis Papæ reservatæ ve-
 tuit, ne eleemolynas majoris pretii pro
 Missis celebrandis in alio loco pro te-
 nuiore stipendio recipiant. Monuit etiam
 cunctos, ut Missas in eo loco, ubi da-
 tur stipendium, peragi satagant.

Sæc. XVIII.
 A. C. 1741.

Paucis abhinc annis Athanasius E-
 piscopus Jerosolymitanus Coptici ritus
 a schismate suo ad Ecclesiæ Romanæ
 finem & obedientiam reversus est, suo-
 que exemplo ac doctrina quamplurimos
 ejusdem ritus fideles tam Ecclesiasti-
 cos quam seculares ad eandem verita-
 tis, unitatisque cognitionem reduxit:
 cum vero hi ab Episcopis vel hæreticis
 vel schismaticis per superioris inferio-
 risque Ægypti regiones constitutis re-
 gerentur, proin luculento subversionis
 periculo expositi essent, hinc Benedi-
 ctus Papa eorum sortem misertus die
 quarta Augusti præfato Athanasio tam
 in Ægyptios quam in alios ritus Coptici
 ad veram fidem conversos cujuscunque
 demum essent Diæcesis, jurisdictionem
 & necessariam regendi faculta-
 tem tribuit.

Sub idem ferme tempus nuntiatum
 erat eidem Pontifici, quod ex Hiberniæ
 Episcopis quidam nunquam, alii vix
 uno mense, alii semel duntaxat in anno
 in propriis suis Diæcesibus residere con-
 sue-

Hist. Eccles. Tom. LXXVII. E e sue-

Sæc. XVIII
A. C. 1741

fueverint: ut ergo Papa hunc tolleret
abufum, die decima quinta Augusti
missis literis eos hortabatur, ut gravi-
suz obligationis memores, necnon fan-
ctorum Præfulum Prædecessorum suo-
rum exemplo permoti non tantum ma-
terialiter, seu solo corpore, non autem
Apostolico labore, sed & formaliter, id
est, Verbum Dei disseminando, devotè
revocando, periclitantes adverfus ho-
pum tuendo &c. resideant, sique inve-
lidi, & Pastoralis muneris impares fu-
rint, Coadjutorem sibi dari petant.
Non minori dolore afficiebatur Pope-
fex, dum intellexerat, quosdam esse
Clericos, qui turpi lucro fascinati in-
nuos suorum beneficiorum proventus
quos donec viverent percipere possent
unico actu pro ea pecuniarum summa
vendunt, quam habita ratione suæ æta-
tis vel valetudinis verosimiliter semina-
durante sua vita ex illis se consecutu-
ros sperabant: cum ergo Benedictus
Papa serio ponderaret, ex hac nundina-
tione non modo grave Ecclesiastici Or-
dinis dedecus, fidelium scandalum &
mendicitatis infamiam, sed vel maxime
ob amissam mercedis spem Divini cari-
tatis, psalmodiæ &c. neglectum omnino
hinc die vigesima nona ejusdem Mensis
hanc corruptelam, aliaque ejusmodi
pacta & contractus damnavit, irritosque

que declaravit, simulque resignationes Sæc. XVIII.
beneficiorum cum reservatione pensio- A. C. 1741.
nis, aut cum pacto eam pensionem ab-
olendi, severe inhibuit, adjecta pæna
privationis beneficii, inhabilitatis ad
alia obtinenda, & restitutionis acceptæ
pecuniæ.

Consueverant olim summi Pontifi-
ces solemnitatem de Canonisatione San-
ctorum vel in Aula Synodi, si quæ tunc
celebrata fuit, vel in Templo urbis prin-
cipe, ubi morabantur, festivo celebrare;
sic Joannes XV. in ipsa Aula, ubi La-
teranense habebatur Concilium, Bea-
tum Udalricum Episcopum Augusta-
num, & Innocentius IV, Beatum Pe-
trum Martyrem Perusiæ in Templo FF.
Prædicatorum, & Beatum Stanislaum
Alisii in Ecclesia, ubi tum rem Divinam
peragebat, solemniter inter Sanctos
retulere. Cum autem Romani Pontifi-
ces stabilem Romæ sedem figerent, hinc
omnes (paucis exceptis) in Basilica Va-
ticana S. Petri Romæ fuerunt celebra-
tæ Canonisationes. Veterem igitur
hanc consuetudinem Benedictus XIV.
novo decreto die vigesima tertia No-
vembris firmare statuit, jussitque, ut
deinceps hæ solemnitates in præfata
Basilica Vaticana celebrarentur. Porro
de expensis, quæ in processum con-
stru-

Sæc. XVIII. A.C. 1741. instructione & ipsomet Canonisationis
 fiunt, idem summus Pontifex pro more
 suo eruditissime egit in celeberrimo
 opere de Servor. Dei Beatificatione
 tom. 1. lib. I. cap. 46. Insuper eadem
 die unanimi S. Collegii Cardinalium
 consensu modum in eorum exequiis
 servandum præscripsit.

§. XXIV.

*Historia de nova Missalis Slavonica
 ditione hoc anno Romæ adornata.*

Jam sæculo reparati Orbis nono
 matæ seu hodie Illyrici populi ap-
 stea Slavi fidem Christi amplexati
 in eaque usque ad hodiernam diem
 moto perseverarunt studio. Uteban-
 hi populi in Missis ritu latino, & re-
 tabant orationem Dominicam in Slav-
 nicum idioma conversam. Sanctus
 thodius quoque, cujus labore Apo-
 co hæc gens in Christum credere cep-
 rat, a Sede Pontificia impetrabat,
 Slavis Sacerdotibus rem Divinam
 cientibus lingua Slavorum uti lice-
 cum vero Romani Pontifices postu-
 dum ad hanc gentem Clericos non
 latinæ linguæ gnaros ad Episcopos
 & sacerdotium promoveri jubere-
 hinc Sacerdotes in Divinis officiis
 vonico idiomate uti desinebant: qui